abbatum macariorum patrum in uno conuenientes excepto quod il-
li fratri ad uesperam afferebat modicum panem et cum hoc tem-
nio incipit facere nichil locutus est frater ille prima dixit
nimis sum in egestate magna comedo panem meum
surgam ergo et discedam hinc. iterum autem cogitabat intra se
dicens. ubi habeo ire sedeam hic quia propter deum sum in hac ui-
ta quin et statim apparuit ei angelus domini dicens ei. Noli ergo
discedas quia ueniam festinanter adire et reducere te in
paradisum domini. unde frater rogabat senem illum ne in
estiuo discederet ab eo referens ei totum quod ab angelo
audierat. cum ergo uenisset hora qua solebat senex dicere
de ut uideret quod suum dicit frater. ergo uenit hodie
angeli dei tollere te. iam enim tarde est. at ille dixit monachis
omnibus quia uenit et cum hec loqueretur dormiuit in pace.
Senex autem flebat dicens. heu me fili quia multis annis
sub negligentia uiuo tu autem in paruo tempore saluam fecisti per
patientiam animam tuam et ex illo die factus est senex sobrius
et perfectus. De patientie fratre. Quidam frater quanto plus eum a-
liquis iniuriabat aut uiciabat tanto magis concurrebat
ad eum dicens. Isti sunt qui nobis occasionem prebent ad perfectionem.
Qui autem beatificant nos contrahunt animas nostras. Scriptum est enim
per ysaiam prophetam. quia hii qui beatificant nos decipiunt
nos et semitam pedum uestrorum subuertunt. De conuersione me-
retricis nomine tyadis et de pafnucio. Fuit quedam me-
retrix nomine tyadis tante pulcritudinis ut multi propter eam uen-
derent substantias suas ad ultimam peruenirent paupertatem
et amatores sui pro zelo litibus inter se conserti frequenter pu-
elle limina sanguine iuuenum replerent. Quod cum
audisset abbas pafnucius supposito habitu secularis uno
quoque solido. profectus est ad eam in quandam egypti ciuitatem

ple[illegible] nobile de meretrice de et pafnucio

ai due